



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118642

§. 29. Epistola Pastoralis sancti Caroli Borromæi ad suum gregem contra
Bacchanaliorum abusus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

sima tertia Augusti Burgis morte præ-
ventus obiit vulgo dictus Cardinalis
Burgenis.

Sæcul. XVI.

A.C. 1579.

§. XXIX.

Epistola Pastoralis sancti Caroli Bor- romæi ad suum gregem contra Bachanaliorum abusus.

Interea sanctus Borromæus Cardinalis *Giuffan. vit.*
semper solito, ac continuato studio *S. Caroli*
suorum Diæcesanorum salutem promo- *l. 5. c. 7.*
vere adlaborabat, insuperhabit om- *Godeau ib.*
nibus, continuaque obstaculis, quæ *l. I. c. 24.*
a Gubernatore sibi opponi experieba-
tur: acrius autem illum idem vexabat
ineunte hoc anno Domini millesimo
quingentesimo septuagesimo nono, dum
omnes sæculi genio indulgentes ad pro-
fanas delicias Bachanaliorum tempore
consuetas fese accingebant; Guberna-
tor enim festivos ludos, larvarum usum,
ludricas decurSIONES, & pugnas eque-
stres fieri decernebat, sanctus autem
hic Præsul ejusmodi spectacula veræ
pietati vel maxime adversa esse probe-
gnarus, ut ea exhiberi præpediret, pri-
mo omnes lenitatis vias tentabat, prius-
quam ad minas, censurasque progredi
cogeretur, hinc die vigesima secunda
Februarii Pastoralem vulgavit episto-
lam, in qua exposuerat, quantum ejus-
modi publicæ dissolutiones periculose,

Mm 5 vero-

Sæcul. XVI verorumque Christianorum moribus
A.C. 1579. oppositæ essent, postea autem ibidem
 suam erga Deum ingratitudinem Mediolanensibus objectans eis exprobrabat,
 quod de beneficiis, quibus eos Deus ab-
 unde cumulans, illos a pestilentia libe-
 rasset, ei adeo non debitas repen-
 derates, sed insuper illum rursus ad vin-
 dictam provocare molirentur. Deni-
 que in suorum fidelium memoriam re-
 vocabat, quod sese in Baptismo obstrin-
 xissent, quatenus omni dæmonis pom-
 pæ, profanis delitiis, & sæculi vani-
 tatis abrenuntiarint.

§. XXX.

*Sancti Caroli editum adversus
 spectacula.**Giuſſ. l.c.*

Quamvis sancti Caroli monita intel-
 lectum, ac quorundam corda in-
 timo sensu penetrarint, nihilominus
 pii hujus Præfulis hostes exinde ma-
 gis indurati in eum tumultuari cæpe-
 rant, ac præprimis Gubernator nupe-
 rum sancti Caroli decretum indignatus
 decernere statuit, ut denuo pristinæ
 corruptelæ, quæ prima die dominica
 verni jejunii committi solebant, inno-
 varentur, cum autem id Synodi decre-
 to per sanctum Cardinalem promul-
 gato, atque ab Universa plebe recepto
 adversaretur, hinc Carolus Borromæus
 hæc